DE PISIS▸ CAP▸ CCXXXIX▸

NOMINA.

Pisum quare dictum.

PISON, πίσον græcè, Pisum latinè dicitur. Officinis hoc nomine notum. Germanicè Erbß/oder Erweyssen. Sic autem à Pisa loco in quo olim copiosissimè nascebatur, nominatum est.

GENERA.

Duo apud nos genera Pisorum reperiuntur. Vnum in aruis caducũ, humi serpens, quod genus Germani klein feld Erweyssen nominant. Huius, utpote uulgaris, picturam haud damus. Alterum in altum scandit, arboribus aut palis quibus accubet adfixis, quibus sese capreolis uinciens illigat. Hoc Germani groß garten Erweyssen uocant. Genus hoc pictum exhibemus.

FORMA.

Caules in terram spargit concauos, ramososq; prætenui surculo: folio frequenti præter cæterorũ morem longiusculo: flore papilionis forma, circa umbilicum purpureo: siliqua oblonga seu cylindracea: granis rotundis, &, ut Plinius lib. xviij. capite xij. ait, angulos multos inæquales habentibus: radice imbecilla: ut mirari satis non possim, unde plerisq; suspicio orta sit, ut Pisum nostrum legitimum esse dubitauerint. Scio autẽ esse qui legumen hoc quod hodie passim Pisum appellatur, putent esse Cicer arietinũ, quod scilicet ualuulæ seu siliquæ eius cornu arietini formã habeant. Quorum certè sententiam probare non possum, quòd, Plinio teste, Cicer arietinũ sic non sit dictum quia ualuulæ effigiẽ arietini cornu exprimant, sed quia legumen ipsum seu granum Ciceris arietino capiti simile sit. Eam autem formã legumen hoc quod Pisum nominamus non refert.

LOCVS.

Apricis gaudet locis, frigorum nanq; impatientissimũ. Tepidum itaque locum,
D & cœlum frequentis humoris desiderat.

TEMPVS.

Iunio & Iulio mensibus floret, & subinde etiã semina in ualuulis profert.

TEMPERAMENTVM.

Quũ Pisum simile quid tota substantia cum faba, ut testatur Galenus, obtineat, necesse est ut non multum à medio temperamento in refrigerando & exiccando recedat.

VIRES EX GALENO.

Simile quid tota substantia cum fabis obtinent Pisa, nec alio quàm illæ modo manduntur. In duobus autem euariant. Non enim similiter ac fabę inflant, nec abstergendi facultatẽ habent, ideoq; segnius quàm illæ per aluum secedunt.

EX PAVLO.

Pisum molle quidem & laxum est, non tamen adeò inflat.

DE POLYTRICHO APVLEIANO▸ CAP. CCXL.

NOMINA.

Polytrichũ Apuleij cur dictum.

NON temerè adiectũ est Apuleij, ne scilicet quispiam Dioscoridis & aliorum Græcorum intelligeret Polytrichon, quod sanè forma ab eo quod nunc describimus alienissimũ est. Germanicè à colore aureo quam habet, guldiner Widerthon uocatur. Officinis incognita est hæc herba. Polytrichon dicta est à ramulis, qui capillorum instar tenues sunt.

GENERA.

A GENERA

Duo Polytrichi Apuleiani damus genera. V
enim differunt nisi sola magnitudine.

FORMA

Ramulos habet capillorũ instar tenues, colo
folia multa capillacea, in summo capitula lentis
ramulis coloris.

LOCVS.

Maius nascit in pratis humidis & uliginosis.

TEMPVS.

Mense Iulio utrunque reperitur.

TEMPERAMEN

In caliditate & frigiditate symmetra sunt: desi

VIRES.

Decoctum eorundem in aqua aut lixiuia cap
pecia caput glabrum capillis uestit. Potum, uisc
monęq; excreationibus non mediocriter confe
Morbo regio correptis & lienosis auxiliatur. Str
quæ Adiantum potest. Recentiores superstition
la & incredibilia tribuunt.

Maius Polytrichum Apuleij.
Das groß guldin Widerthon.

Minus
Das